



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

15 Iuripatronatus, sive laicali, sive ecclesiastico, an Papa derogare possit,
& quomodo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

*fin: de jūr. patr. Felyn. in tract. quan. lit. A-
post. noc. par. num. 1. vers. solutio, aut loqui-
mūr, Covarr. pract. quest. cap. 36: numer. 1.
nunquam tamen juripatronatus laicorum
concedetur derogatum, nisi expressis verbis
derogetur, quia talias collatio de bene-
ficio juripatronatus laicorum de eo non
facta mentione est subreptitia, & nihil va-
let. Abb. in eo, cap. dum dilectus insin. Felyn.
in d. tractat. quan. lit. Apost. noc. numer. 1.
vers. aut loquimur. Lap. alleg. 96. numer. 2.
& Covarr. ubi supra vers. que. secus tamen
est in jurepatronatus ecclesiastico, nam illi
concedetur derogatum per collationem à Pa-
pa factam, etiam si in litteris nulla fiat
mentio ejusdem juripatronatus ecclesias-
tico, Felyn. in eod tract. numer. 11, vers. si
mitatur tertio. Cassad. decis. 4: numer. 11.
de probat. & Covar. ea. qu. num. 1. vers. quod 17
non est longius.*

*16 Beneficiorum autem patroni talius
cunque ordinis, & dignitatis, etiam si com-
munitates, universitates, collegia quacun-
que clericorum, vel laicorum existant, in
perceptione fructuum, proventuum, ob-
ventionum, quorumcunque beneficio-
rum, etiam si vere de jurepatronatus ipso-
rum ex fundatione, et dotazione extent,
nullatenus, nullave causa, vel occasione, in
illis se ingerere possunt, sed illos libere re-
stori, seu beneficiato, non obstante etiam
quacunque consuetudine, distribuendos
dimittere debeat, nec dictum juspatrona-
tus venditionis, aut alio quocunque titulo
in alios contra canonicas sanctiones trans-
ferre possunt, & si secus fecerint, excom-
municationis, & interdicti penitentie subje-
iuntur, dicto que jure patronatus ipso jure
privati existunt, ut, eod. conc. cap. 9. sess. 25. 18*

dubitatum, an patronus beneficij in eius
fructus se ingerens incidat in pœnam ex-
communicationis, & privationis supra po-
sitam in vers. si secus fecerint, excommuni-
cationis, &c. adeo, ut ille versiculos, ne-
dum, ad clausulam immediate preceden-
tem, sed etiam ad superiorem referatur,
fuit à prædicta sacra congreg. decisum,
vers. si secus, &c. ad utramque clausulam
esse referendum. Et patronos in prædictis
fructibus se ingerentes in prædictas pœnas
incidere, ut in decis. super d. c. 9. §. an patro-
nus beneficij. Nam, quando una determina-
tio refertur ad duo determinabilia, debet
intelligi, ut æqualiter utrumque determi-
net. Bart. in l. jam hoc jure, §. sed si aliter, n.
1. ff. de vulg. & pupil. substit. & in l. si ligata-
rius, §. cum ita, de legat. 3:

Accessiones autem per viam unctionis
factæ de beneficiis liberis ad ecclesiæ ju-
rispatronatus, etiam laicorum, subjectas,
tam ad parochiales, quam ad alia quæ-
cunque beneficia, etiam simplicia, seu
dignitates, vel hospitalia, ita, ut prædicta
beneficia libera ejusdem naturæ, cum ijs,
quibus uniuntur, efficiantur, atque suo
jure patronatus constituantur, hæ, si non
dum plenarium sotitæ sunt effectum, vel
deinceps ad cujusvis instantiam fient, qua-
cunque auctoritate, etiam Apostolica, con-
cessæ fuerint, sicut cum unionibus ipsiæ
per subreptionem obtentæ intelliguntur,
nec amplius sunt executioni demandan-
dæ, quibuscunque non obstantibus, sed
beneficia ipsa sic unita, occurrente vaca-
tione, sunt libere, ut antea, conferenda,
conc. Trident. ead. cap. 9. post. med. vers. in-
super accessiones, sess. 25.

*18 Uniones etiam talia 40 annis citra factæ
ab Ordinariis, tanquam à Sede Aposto-*

lii 3. licet